



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 10. Laruati mariti effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

eum fœtum, qui effigiatur, ut ipsius rei character quasi impressus perpetuò hæret. Hac etiam de causa Quintilianus matronam defendit, quæ Aethiopem erixa fuerat, cùm eius coloris iconem in thalamo habuisset. Et Hippocrates quoque mulierem suspicione adulterij laborantem, quia marito penitus dissimilem filium pepererat, liberauit, quod mulier illa, in cubiculo picturam fixiis aspexisset, cui similem infantem genuerat. Vixit adhuc nostra ætate æquè bello ac sanguine nobilis vir, cui in pueritia, omnes Angelicum vultum fuisse dictitabant. Ipse autem solebat dicere, matrem suam, cùm prægnans esset, scitissimæ formæ Angelum in pyxide depictum identidem secum in manu gestasse, & ad hunc ipsum finem assidue contemplatam esse. Consecuta est igitur, quod volebat, Angelum peperit, sed carne atq; corpore indutum; quem & ipse sape vidi, atq; hanc causam formæ suæ affirmare audiui.

## §. X.

*Laruati mariti effectus.*

Alia ex laruato viro, terribilem soboli formam, & ad Satyri modum contuolos atq; introrsum contortos oculos, vultum-

N 3

que.

Augustin. que prorsus Acheronticum impressit. Urbs  
 Viues in est, in Brabantia Buscumducis, inquit Au-  
 Ibi 12 S. gustinus Viues, in qua, ut in alijs eiusdem  
 Aug de terræ stato anni die, quo ferunt maximum vr-  
 ciuit. cap bis templum dedicatum, publicè supplicatur,  
 § et Hier. ludiq; varijs dinis exhibentur. Sunt qui tunq;  
 Torques personas diuorum induant: sunt qui dæmo-  
 mada in num. Ex his unus, cùm visa puella exar-  
 Horto flet, domum saltitando se recepit, & correptam,  
 Florum. ut erat personatus, uxorem suam in lectum  
 coniecit, se ex ea demonium velle gignere di-  
 cens concubuit. Concepit mulier, & infans,  
 quem peperit, simul primum editus est, saltita-  
 re cœpit, forma quali dæmones pinguntur. Hæc  
 Margarita Augusta, Maximiliani filia, huius  
 Caroli amita narravit Ioanni Lamuzæ homi-  
 ni prudentia incredibili, qui tum erat hic lega-  
 tus a Ferdinando rege: nunc est huius Casaris  
 prefectus in Arragonia, vir qui non modo pre-  
 fecti nomen & personam, sed regis quoque posset  
 sustinere. Hæc Viues.

## §. XI.

*Nomen, & insignia fatui impressa.*

Cui ego alia duo addo, quæ manu illius  
 habeo consignata, qui coram fuit oculat-  
 tus testis. Primum est, de puero nobili sa-  
 pè prosapia oriundo, nominis ac familie  
 mihi